UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Clementi VII. Pont. Max. Thomas De Vio S.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

Visual Library

CLEMENTI VII. PONT. MAX. THOMAS DE VIO S.

SAPIENTIÆ *Diuinæ, Clemens VII. Pont. Maxim. menſam poſt perfectam peccatorum Summulam inſtruere quum Hungarica peregrinatio vetaret: ne ieiuna omnino mens manusq́; tranſiret, Ientacula quædam parare curaui. Abſque ordine ſiquidem & delectu occurrentes nonnullæ per Nouum Teſtamentum ſententiæ literali ſenſu hîc declarantur. Nec propterea finem feci, quòd omnes declaratione dignas arbitrarer me complexum eſſe: ſed vbi obtulit ſe commoditas inchoandi commentaria Pſalmorum iuxta literalem ſenſum, omiſsis Ientaculis, conuiuio apparando vacandum credidi. Non dedignaberis itaque Pater beatiſsime, exiguum hoc munuſculum ſuſcipere: quandoquidem & mea omnia tuæ beatitudini debentur, & diuina eſt materia. Felix Vale.*